





P

FACVLTATIS JVRIDICAE  
DECANVS,  
**HIERONYMVS**  
**FRIDERICVS**  
**SCHORCH, JC<sub>TVS</sub>,**

SACRI PALATII CAESAREI COMES,  
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR ET  
PROFESSOR INSTITUTIONVM PVBL.  
ORDIN. NEC NON CIVITATIS  
CONSVL,

L. B. S.

---

ERFORDIAE,  
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

EYCAUTATIS JARIDIACE  
DECANUS  
HIERONYMVS  
ERIDERICAS  
SCHORCHIETAS  
ORDIN NEC NON CIVITATIS  
LITERIS INSTITUTIONVM TABVL  
MEMORIAE LACUNATAE ASSERITOR ET  
SCRL PVLATI CVSSARI COMES  
CONSALE

ERUDICIAE  
TYP. IOAH. CHRISTOPHORI HERINGII  
VENS Tabulari

**S**eruitutes reales vna cum praediis vsucapi posse, ita  
ut is, qui dominium fundi per vsucaptionem con-  
secutus est, seruitutes quoque fundo isti debitas per  
consequentiam simul acquisuisse censeatur, dubio  
caret. *Vid. l. 10. §. 1. D. de Vsurp. Et Vsurp. l. 32. §. 1 inf. D.  
de S. P. V. l. 12. D. quemadmodum seruit. amittit.* At num illae et-  
iam per se vsucapi & eo modo in re aliena constitui que-  
ant? non adeo expeditum videtur. Plane si ad antiquis-  
simia tempora respiciamus, nullam apud Romanos ser-  
uitutum vsucaptionem fuisse, facile intelligitur. Primum  
enim in LL. XII. Tabb. de vsucapione rerum incorpora-  
lium nihil dispositum, sed solum de usu & auctoritate  
fundi, rerumque mobilium castum erat. Deinde ipsa  
seruitutum natura vsucaptionem non admittere credeba-  
tur, partim quod illae, utpote res incorporeas possideri  
non possint, c. l. 32. §. 1. D. de S. P. V. sine possessione vero  
vsucapio non contingat. *l. 25. D. de Vsurp. Et Vsurp. l. 43. §.  
1. D. de A. R. D.* partim quod seruitutes praediorum ru-  
sticorum, quarum exercitum facto continetur, certain  
continuamque possessionem non habeant, siquidem ne-  
mo tam perpetuo, tam continenter ire potest, ut nullo  
momento possessio eius interpellari videatur. *l. 14. D. de  
Seruit.* Ad vsucaptionem autem non tantum possessio-  
nem, sed & eius continuationem requiri, manifestum est.  
His tamen non obstantibus, Interpretatione Prudentum  
ac Disputatione fori, quae communi nomine *ius ciuale*  
appellatur, *l. 2. §. 5. D. de O. I.* vsucapio seruitutum in  
Rep. Romana paulatim induci coepit. *Quia enim Le-*

( 2 )

ges

ges XII. Tabb. de Vſucapione statuentes *Vſus* vocabulum  
vſurparunt, seruitutum vero non minus, quām rerum  
corporalium vſus est: hinc ICTI vſum illum pro poffeſſiōne  
habuerunt, l. 20. D. de Seruit. eumque modo quaſi  
poffeſſionem, l. 23. §. 2. D. ex quib. cauſ. maior. l. 10. D. ſi Ser-  
uit. vind. modo poffeſſionem ſimpliciter l. 2. §. 3. D. de  
precar. l. 4. D. vii. poffid. l. 20. D. de S. P. V. l. 3. D. ſi *Vſus*.  
pet. dixerunt, & generaliter illi euendem effectū ac ve-  
rae poffeſſioni tribuerunt. Cumque praeterea seruitu-  
tes praediorum rusticorum, & maxime quatuor illae,  
quaes, obſeruant NOODTIO in Comm. ad D. Tu. de S.  
P. R. p. 215. & 217. Veteribus tantum cognitae, ac foliae  
regulis iuris designatae fuerunt, ſcilicet iter, actus, via &  
aquaeductus, inter res mancipi referrentur: CORN. van  
BYNCKERSHOEK de reb. mancip. c. 8. CONRADI de veris  
mancipi & nec mancip. rerum different. c. 3. §. 6. vſucapio  
earum tanto facilis admissa, quo magis publice interef-  
fe videbatur, vt etiam haec iura aliquando certa eſſent.  
Apposite CICERO in Orat. pro A. Caecina c. 26. Fundus, ait,  
à patre relinqui potest: at vſucapio fundi, hoc eſt finis ſollici-  
tudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, ſed à LEGIBVS.  
Aquaeductus, haufius, iter, actus à patre: ſed rata  
auctoritas harum rerum omnium à IURE CIVILI ſumitur.  
Quamuis itaque seruitutes, ſtante adhuc libera Republ.  
ad exemplum rerum immobilium biennio vſucapi po-  
tuerint: V. PAVLI Recep. Sent. L. 1. Tit. 17. §. 2. rurſus ta-  
men per Legem SCRIBONIAM, que vel sub TIBERIO,  
prout poſt RAEVARDVM putat GRAVINIA in Orig. Iur. Ci-  
wil. L. 3. n. 66. vel sub AVGVSTO A. V. C. 719., vti non im-  
probabiliter coniicit HEINECCIVS Hiftor. Iur. L. 1. §. 88.  
lata eſt, ius vetus renouatum, & seruitutum vſucapio  
per ſe iterum ſublata fuit. l. 4. §. 29. D. de Vſurp. & Vſucap.  
IIIa

Illa quippe non praediorum solum libertatem imminuere, ac proin odioſa videbatur, verum etiam, aduertente SCHILTERO Exerc. ad D. XIIIX. §. 5. propter breue vſuſcapiſionis ſpatium, ac facilius oborta impedimenta Patrum-ſamilias, qui in iſtis tum graſſantibus motibus ciuilibus, rebus & iuribus ſuis non adeo inuigilare poterant, iniqua, & non niſi litibus alendis apta exiſtimabatur. Quae cauſa eſt, quod ICTI, qui poſt L. Scriboniam floruerunt, tales fere rationes contra feruitutum vſuſcapiſionem adducant, quae mera iuriſ ſubtilitate nituntur, ac iuri antiquo, quod iam in vſum erat reuocatum, conueniunt, prout ex l. 14. D. de Feruit. aliisque textibus ſupra excitatis euidentiſſime patet. V. ANT. SCHVLTING. in J. Pauli Rec. ſent. L. 1. t. 17. §. 2. n. 9. Quemadmodum vero alias praefcriptio in ſubſidium vſuſcapiſionis introducta eſt, in tantum, vt pleraque, quae vſuſcapi olim non poterant, praefcriptione poſſent acquireti: ita Praetor quoque illis, qui feruitute in re aliena non vi, non clam non precario per diuturnum tempus vſi erant, peculiariſter prospexit, & actionem confeſſoriam vtilem confeſſit, l. 10. D. Si feruit. vind. perinde ac fi feruitus iure eſſet imposta, l. 1. §. f. D. de aqua & aquae pluv. cum longi temporis conſuetudo vicem feruitutis obtineat. l. 1. C. de feruit. Vnde, ſublata licet feruitutum vſuſcapiſione, illae nihilominus adhuc tempore acquiri dicuntur. l. 28. D. de S. P. V. l. 2. C. de Feruit. De caetero haec praefcriptio extaordinaria, à Praetore inuecta, à praefcriptione rerum corporalium cum in aliis, tum in primis in eo diſſert, quod in illa titulum docere neceſſe non ſit, c. l. 10. D. fi feru. vind. ſed vetuſtas vicem legis ſeu tituli teneat, l. 1. §. f. & l. 2. pr. itemque l. f. D. de aqua & aquae pluv. cum ex diuerso haec fine iusto titulo non procedat; deinde, quod illa ſcientiam aduersarii praecife requirat.

requirat. l. 2. C. de Seruit. vbi: eo sciente, & ibi GIPHAN. p.  
174. seq. cum ē contrario in hac scientia eius, cuius res  
longi temporis possessionae queritur, plane non curetur.  
l. vlt. in f. C. de Praescript. long. temp. vbi: nulla scientia vel  
ignorantia expectanda. Quale autem tempus ad hanc ser-  
uitutum praescriptionem desideretur, inter Dd. non con-  
uenit. Alis enim vocabulum *vetus*<sup>statis</sup> imposuit, ratis,  
non nisi immemoriali tempore hanc praescriptionem  
absolui, praeferunt cum in l. 2. §. 5. & 7. D. de aqua &  
aque pluv. aggeris & fossae, cuius memoria non extat, &  
in l. 3. §. 4. D. de aqua cottid. & aestiu. aquae ductus, cuius  
origo memoriam excessit, mentio iniciatur. Alii vero  
tempus immemoria tunc demum necessarium esse o-  
pinantur, si vel titulus deficiat, vel seruitus discontinua-  
fit. Sed sicuti *vetus*<sup>statis</sup> non una est in iure significa-  
tio, eaque disertis verbis pro praescriptione 40. anno-  
rum accipitur in l. 2. C. Theod. de long. temp. praescript. add.  
l. GOTHOFR. in not. ib. lit. d. ita cum primis in ll. supra al-  
legatis X. vel XX. annos eo nomine significari euicit CV-  
IACIVS L. 18. Obseru. c. 28. Nec inde, quod Praetor aqua-  
eductum, cuius origo memoriam excessit, tueri dicitur,  
illico inferri debet, eo tempore praeccise opus esse, adeo,  
vt Praetor eum aquaeductum non tueatur, qui longo  
solummodo tempore durarit. GIPHAN. in l. 2. C. de Seruit.  
p. 171. sqq. Titulum porro haud quaquam in longi tem-  
poris praescriptione extraordinaria requiri, ex textibus  
paulo ante citatis appetat. add. FRANZK. in D. Tit. Com-  
mun. praed. n. 11 - 26. Et tandem de seruitute itineris  
quoque & actus, que tamen sunt discontinuae, in l. 5.  
§. 3. D. de itin. actuque priu. asseritur, quod is, qui seruitu-  
tum talem impositam non habet, habet autem *velut*  
*longae possessionis* praerogativam, ex eo, quod diu usus sit  
serui-

Seruitute, interdicto uti queat. V. GIPHAN. c. I. BER-  
GER. E. D. F. Suppl. P. 2. p. 343. Sed de hac Praescriptio-  
ne seruitutum copiosius nunc differere supersedeo. Am-  
plius illam occasione I. 10. D. si Seruit. vindic., quam in  
Lectione Cursoria enodare constituit, illustraturus est

NOBILIS ATQUE CLARISSIMVS  
IVRIVM CANDIDATVS

DN. IO. GEORG. FRANCKENBERGERVS,

In lucem is editus est Sueuordiae, oppido immediato  
in Franconia sito, ipsis Calendis Augosti Anno post Ser-  
uatorem natum MDCCV, parentibus honestis, patre, IO-  
HANNE MATTHAEO FRANCKENBERGERO, mercaturâ  
vitam querente, ac matre, ANNA BARBARA RUDOL-  
PHIA, dudum pie defunctis. Liberaliter ab his educa-  
tus, scholas Gymnasiumque urbis patriae frequentauit,  
ex quibus deinceps cum approbatione Superiorum Ie-  
nam, Iurisprudentiae operam vt nauaret, transiit. No-  
men ibi dedit ciuitati academicâ die XXI. mensis April.  
1724. Prorectore Magnifico IOH. REINHARDO RVS. Per  
triennium ibi commoratus audiit in philosophicis Cele-  
berrimum SYRBIVM, sub cuius Praefidio die XVII. Oct.  
1725. publicè defendit ex ipsius Philosophia Prima  
theses CLXXXIII, vsque CXXVII. In iuridicis Excellen-  
tissimos SCHROETEROS, BRUCKNEROS, BECKIOS, STRY-  
VIOS praeceptores habuit. Absoluto, quem vocant,  
iuris curfu, eoque aliquoties repetito, valedixit Musis  
Salanis, & vt ad praxin studia applicaret, Wezlariam  
se contulit. Exceptus ibi fuit a Domino Docto-  
re HOFMANNO hospitiò & manuductione, dum per an-  
num protocollistam ibi ageret. Redux inde factus, pro-  
curatare & aduocaturaे operam dedit in patria, dum Se-  
natus Praenobilissimus ipsum officio publico, nimi-  
rum

rum actis publicè conficiendis in causis tutelarum, admovisset. Sed haesit tamen illa causis patrociniandi cupido & cum ipsius opera à diuersis Illustribus Franconiae familiis ex Comitum & Baronum Ordine fixis stipendiis sub titulo *eines Familien Consilientens* conduceretur, officium illud publicum deprecatus fuit apud Praenobilissimum Magistratum Patriae die VIII. Jun. MDCCXL. Tandem Ordinem nostrum adiit, atque ad Examen conuentum nec non reliqua, quae à Iurium Candidato edenda sunt, specimina admitti decenter petiit. Cui desiderio postquam Facultas annuit, textus ipsi ex utroque iure transmissi sunt, quos scite explanauit, & ad propositas in Examine Rigoroso quaestiones adeo prompte & erudite respondit, vt eundem omnino dignum esse censuerimus, qui ad reliqua specimina Inauguralia & ad ipsum etiam Gradum Doctoralem admitteretur. Proxima igitur Martis die, quae erit XIX. Mensis Sept. Lectione cursoria L. 10. D. si seruit. vindic. explicabit, eaque finita ipsam Disputationem Inauguralem.

DE QVÆSTIONE IVRIS.

AN ET QVATENVS ACCEPTATIO NECESSARIA  
SIT IN DONATIONIBVS?

habebit. Quibus actibus solennibus, vt Vniuersitatis nostraræ Magnificus Dominus Rector, nec non reliqui Domini Proceres ac Ciues interesse non dedignentur, ea qua decet obseruantia & humanitate rogantur, invitantur. Publ. sub Sigillo Fac. Iurid. d. XVII. Sept. A. O. R. MDCCXL.

(L. S.)

+

94 A 7372

ULB Halle  
001 681 94X

3





B.I.G.

Black

White

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Cyan

Green

Farbkarte #13

Inches  
Centimetres

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

FACVLTATIS JVRIDICAE  
DECANVS,  
**HIERONYMVS  
FRIDERICVS  
SCHORCH, JC<sub>TVS</sub>,**

SACRI PALATII CAESAREI COMES,  
MEMORATAE FACVLTATIS ASSESSOR ET  
PROFESSOR INSTITUTIONVM PVBL.  
ORDIN. NEC NON CIVITATIS  
CONSVL,

L. B. S.

---

ERFORDIAE,  
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.

